

David Richter

**Ad Gloriosissimum Natalem Serenissimi Ducis Atque Principis, Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... Cras D. XXVI. Novembr. A. 1745. ... In Gymnasii ... Celebrandum ... Invitabat**

Rostochii: Adlerus, [1745]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832347906>


Druck    Freier  Zugang





clK-9453 (1.)





AD  
**GLORIOSISSIMUM NATALEM**  
**SERENISSIMI DUCIS ATQVE**  
**PRINCIPIS,**  
**D O M I N I**  
**C A R O L I L E O P O L D I ,**  
**DUCIS REGNANTIS MECLENBURGICI, PRIN-**  
**CIPIS VANDALIÆ, SVERINI ET RACEBURGI, CO-**  
**MITIS ITEM SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII**  
**ATQVE STARGARDIÆ DYNASTÆ,**  
**DOMINI NUTRITIONE NOSTRI CLEMENTISSIMI,**  
**DIVINIS AUSPICIIS CRAS, D. XXVI. NOVEMBR. A. 1745.**  
**NOBIS BONISQVE OMNIBUS REDEUNTEM,**  
**ATQVE**

**FESTIS SOLENNIORIBUSQVE ORATIONI-**  
**BUS IN GYMNASII AUDITORIO MAJORI,**  
**HORA IV. POMERID. CELEBRANDUM**

**PATRES UTRIUSQVE REIPUBLICÆ,**  
**UT IISDEM AUDIENDIS BENEVOLI ATQVE ASSIDUI INTER-**  
**SINT, OMNI OFFICIO & OBSEQVIO**  
**INVITABAT**

**M. DAVID RICHTER,**  
 GYMN. GUSTROV. RECTOR.  
 SCRUTATUS To EX II. REG. XIX. 28. &  
 JES. XXXVII. 29.

ROSSTOHIA,  
 Typis JOH. JAC. ADLERİ, SERENISS. PRINC. & ACAD.  
 Typographi.



191.

1745

intervallum  
M.D.R.





I. N. D. A.!

**N**e aliquando annulus, per nares patulas capitis bubalini traje&tus, nos offendat, exposituros, de præstantissimi Serenissimorum Ducum Meclenb. tesseris gentilitiis, hac qvidem vice phrasin Scripturæ, qva imperitum vulgus plerumqve per ludibrium abuti solet, scrutabimur, alii reservantes opportunitati, originem erroris illorum, qvi, qvia qvidlibet audendi pingendique habent facultatem, naribus bubalini non aureum, sed argenteum, qvi autem verius fuisse eburneus, immiserunt annulum primi. Qvia vero periculum est, ut exhauriamus dicenda singula, priora saltem nostri hemistichii verba explicare studebimus, qvæ per metaphoram a piscatoribus fure defumta, sicuti mox subsequentia ab agasonibus. Omnia vero sine amore & rursus sine odio ita inqviram, ut liquido appareat, soli veritatis studio locum fuisse relictum. Sancta autem Hebraici fontis veritas ita prius nostrum hemistichium utrobique, II. Reg. XIX, 28. nempe & Jes. XXXVII. 29. effert,

וְשָׁמְתִי חַדֵּר בְּאֶפְרַת

qvam LXX Interpretes in priore loco aliquatenus fervarunt,

A 2

trans-

transferentes: καὶ θύτω τὰ ἄγκυρά μοι εἰς τῷσι μυκήποι σὺ;  
 ast in Esaie loco ita mutarunt, ut facile appareat, Spiritum illum  
 unitatis, fontis Hebraici autorem adjutoremque, procul ab iisdem  
 recessisse. Licet enim in eadem versentur causa; ita tamen ibi-  
 dem reddiderunt: καὶ εὐβαλὼ Φιλίῳ εἰς τὸν γῆν σὺ. Qvam  
 apte inepteve autem ὁ Φιλός naribus applicetur, ne quid de  
 eo dicam, qvod per nares dicatur trajiciendus, infra appare-  
 bit pluribus. Retuli autem secutusqve sum lectionem edit.  
 VATICANÆ, cum sua versione latina instruetæ, qvam cum lu-  
 culenta sua præfatione, variis lectionibus, FLAMINIIque NOBILII  
 annotationibus recudendam curavit JOH. MORINUS, Paris. 1628.  
 fol. laudatam & b. FABRICIO in Bthecæ Grac. III. 12. p. 327. &  
 Bthecæ Sacra le LONGIO-BOERNERIANÆ Part. I. Cap. 3. p. 425.  
 Neqve inconsultam prætermisi novissimam τῶν ὁ edit. Lips. REI.  
 NECCIANAM. Qvando itaqve b. DAVID WOLDERUS, qvem  
 in Diaconorum Ecclesiæ Hamburg. ad S. Petri, serie, reperio in  
 FABRICII Memor. Hamb. Volum. 2do p. 865. in sua Biblorum Qva-  
 drilingg. edit. hanc lectionem ad 2 Reg 19. 28 exhibet: καὶ  
 εὐβαλὼ τὰ ἄγκυρά μοι εἰς τὰς μυκήπας σὺ, singulariisque nume-  
 ro fontis Hebræi tenacius inhærere maluit, parum abest qvian cre-  
 dam, ALDINAM τῶν LXX, edit. prælatam ab ipso fuisse Sixtinæ s.  
 Vaticanæ. Ut namqve ita conjiciam Bt'eca Sacra LONGIO  
 BOERNERIANA, cum Polyglottorum Wolderianorum injicit  
 mentionem Part. I. cap. I. p. 26. fecit. Consulere nunc juvat JO-  
 NATHANIS Targum in Prophetas priores seu Libros Historicos, qvi  
 textum Hebr. ita transtulit: שְׁרֵן בְּלִיסְתָּךְ. Vide, qvo-  
 modo non solum pluralem: *Et imponam hamos prætulerit, sed lo-*  
*cum qvoqve cui hamos vult insertos, mutaverit, qvia pro naribus*  
*substituit maxillas.* Bibel Teutsch, das ist alle Bucher Alts und Nums  
 Testamenis &c. Gedruckt zu Zürich bey Christoffel Froſchever 1549.  
 in 8vo, qvæ vulgo TIGURINA audit versio, de qva, industriale  
 LONGII atqve BOERNERI copiosius docebit 1. c. Part. 2. p. 249.  
 sqq. Lutheri vitula aravit, priorem locum vertens: *Es wilstich*  
*dir einen ring AN dein nasen legen.* Esaiam vero ita corrupit: so  
 will

wil ich dir einen Ring IN die nase legen. *Germanica recentissima*  
 que *Judaorum versio* germ. qvam ob sumtus haud inglorie expen-  
 sos, vulgo JOSEPHO illi ATHIAE tribuimus, & de qva præter ge-  
 neralem relationem, *Allgemeinen Vorbericht*, *Bibliis præmissam*  
*Pentaplis*, Wandesbeci 1711. editis, in compendio legi meretur  
*Hist. Etbeca FABRICIANÆ Part.I p. 21.* Hebraicam veritatem  
 pressius fideliusqve secuta, ita utrumqve locum expressit. *Wilich*  
 meine Angel tuhn in deine Näßlēcher. Neqve VULGATAM præ-  
 tereamus, qvæ utrobiqve hæc est: *Ponam itaqve circulum in naribus*  
*tuis.* Hunc proinde *circulum* in *Latina versione*, qvæ Sixtinæ  
*Taw* ṭ editioni nonnunquam additur, fuisse in Elia retentum,  
 qvis mirabitur, licet 2 Reg. 19. ita vertisset: *Et ponam hamos meos*  
*in naribus tuis*: interqve omnes constet, circulum differre ab annu-  
 lo, ut superficies a corpore. Ex Vulgata Latina Germanicam.  
 CASP. ULENBERGII factam esse versionem: *Wil ich dir einen*  
*Ring IN deine Nase legen*, in propatulo est, qvemadmodum PIS-  
 CATORIS germanica ex JUNIO-TREMELLIANA: *ponam hamum*  
*meum in naso tuo*, fecit so wil ich meinen Haken AN deine Nase legen,  
 qvam BELGICA versio: so sal ic̄ mijne Haek in urem Neuse legen  
 fere seqvitur. Die Mystische und Profetische Bibel A. 1712. Mar-  
 purgi edita in 4. Lutheri versionem fere seqvitur, nisi qvod suf-  
 fixum pronomiale conservaverit. Ita enim illa se habet: *wil ich*  
*dir Meinen Ring IN d. N. I.* Qilibet ergo, vel nobis non admo-  
 nentibus, facile videt, cardinem totius causæ versari, in vocis He-  
 braicæ נֶגֶל vel נֶגֶל significatione, feliciter periteqve eruenda.

Hunc itaqve laborem ita subibimus, ut qvemadmodum ex b.  
 DANZII consilio in *Literat.* §. 29. obseru. cuiuslibet derivationis  
 veritas recte exploratur per convenientiam 1. formationis,  
 & 2 significationis cum sua origine; ita qvoqve sollicitam  
 prius habeamus rationem formationis, qvam de significatione  
 ejus statuamus. Multiplex enim, BUXTORFIO, gravissimo hu-  
 jus rei autore, in *Thef. Gram.* I. 56. p. m. 296 usus ♂ fructus est, No-  
 minum originem secundum distinctas formas ♂ classes considerare, id qvod  
 pluribus etiam docet Cel. GUSSETIUS in *præfat. ad Commentar.*  
*Zing. Ebr.* apud b. HILLERUM in *Institt. Zing. Sanctæ* p. 379. fin-

gulaque pro suo more egregie confirmat DANZIUS cum in *Formis*  
*Non simplicium*, tum in præfat. *Rabbinismo Enucleato* præmissa, ipsi-  
 que Rabbinisimi §§. prioribus. Agedum! hanc operam non sub-  
 terfugiamus, qvin ita statuamus: *Hebraeorum* מִנְחָה esse ex *Quiescen-*  
*tibus* *Ain* formandum, illiqve (τ) esse proprium, ad formam τ  
*Conf.* DANZIUS in *Form.* *Nom.* Classe I. Num. I. 6. BUXTORF. in  
*Thes.* I. c. p. m. 316. circa fin. Notabis vero hoc (τ) esse impurum,  
 qvia literam compensat abje<sup>ctam</sup>. *Conf.* DANZII *Gramat* §. 17.  
 caut. 3 & 6. Sed מִנְחָה cum (-) aut ejusdem esse formæ, ut pro (τ)  
 alternet (-) ex Danz. §. 26. II. 2. γ. qvod etiam in צְרָבָה aliisque obti-  
 net, Vid. BUXTORF p. 313. aut esse ad formam בְּשָׁרֶב, ut pro תְּהִלָּה  
 esset מִנְחָה cum suo (-) proprio ex DANZ. §. 17. caut. I. n. 2. sicuti ex  
 רַעַנָּן est בְּרַעַנָּן. Vid. DANZ. I. c. n. 24. p. 8. Alteram vero vocem  
 תְּהִלָּה pariter ex *Quiesc.* secunda formandam esse, sed vel ad form.  
 בְּכֹרֶת, ut pro יְהוּדָה excidente media esset חֲזָנָה, aut ad form. סָגֵן.  
 num. 22. 6. sive טָבָב num. 4. 6. ap. DANTZIUM, adjecto utrobi-  
 que ex lectionis legibus (-) genuha heic necessario. Nec est  
 quod quemquam heic moveat singularis formatio hujus nomi-  
 nis in plurali, qui הַוּחוּם est, qvia grammatici fere omnes uno  
 ore consentiunt, & semel tantum I. Sam. 13. 6. hunc pluralem  
 occurrere, & irregularēm esse eundem. Videatur e multis DAN-  
 TZIUS *Instit.* §. 22.III. obs. 2. β. STARKII *Gram.* Ebr. in *Hypom-*  
*nem.* p. m. 247. BECKII. *Suscitab.* *Regula* 42. V. n. 5. p. m. 19. Fa-  
 cile ex his videbimus, radicem nominis nostri, qvamcumque e-  
 tiam elegeris, hodie qvidem esse deperditam seu inusitatam;  
 sed veram tamen ejusdem significationem esse eruendam ex illis  
*Scripturæ locis*, in quibus hoc ipsum nomen satis est obvium.  
 Perqvat commoda se hic offert occasio, naturam horum verbo-  
 rum, qvæ etiæ *Cava vau* appellantur, earumque peculiarem si-  
 gnificandi modum ex S. R. LOESCHERI egregio alioqvin li-  
 bro *de Caus. Ling.* Ebr. II. 6. 12. p. 374. discutiendi, sed mode-  
 stia, programmatisque limites limam Grammaticalem adhibere ve-  
 tant, qvare FORSTERUM genuinum illum fontis Hebr. venato-  
 rem

rem, iniquior licet justo sit in Rabbinos, consulemus, qvi in suo Diction. Hebr. ad vocem חָזֵה perite non minus quam considerate formalem hujus vocis significationem arcessit a spina, quam vel naturalem facit ex terra natam, vel artificialem ex ferro factam, quae aliquis perforatur & captivus constringitur ac retinetur. Ex inductio- ne deinceps locorum Scripturæ, ope Concordantiarum Hebr. se- dulo collectorum probat, alterutram spinæ significationem in Sacris valere paginis, locaque nostra vertit: *Et ponam spinam meam in nāsum tuum.* Spinam namque intelligit artificialem, sive hamum piscatorium. Qyando ergo annulus spinæ formam af- sumferit, tunc quoqve nostrum חָזֵה scite transferetur per annu- lum, ejusqve significatum obtineat. Alta interim mente hæc For- steriana nobis manebunt reposta, qvia paulo post videbimus, ex Forsterianis rivulis ita sua irrigasse MERCERUM arva, ut non in- juste transcripti Forsteri reus accusetur CRENIO. Part. 10. Ani- madvers. suar. p. 197. id qvod data qvafsi opera uberius probavit MAUKISCHIUS de Notit. DEI Natur. in Tract. proœmiali p. 68. & alibi passim. In solius vero Forsteri haud acqviescamus autori- tate, sed ad judæorum Doctores transeamus, illosque etiam de Grammatica vocis significatione sollicitemus, LUTHERI con- silium secuti, Tract. de שְׁמָה. Tom. VIII. Altenb. fol. 506. daß man die Sprache und Grammatica von den Juden lernet, das ist sein und wohl gethan. R. DAVIDI KIMCHIO autem, Principi illi Grammaticorum & Lexicographorum Hebraicorum, primas heic jure meritoqve suo tribui partes, is certe in dubium non vocabit cui ejus מִכְלֹא & שְׁנִירַשׁ sunt cogniti, licet posidentes eum beatos prædicavero, qvia invisum fere in his oris est animal. Ne- que inficiabor, qvia dies diem docet, qvædam, ratione methodi, hodie in Kimchio ad meliorem reduci posse ordinem, quod non frustra docuerunt WOLFIUS in Hist. Lexic. Ebr. p. 35. seqq. & in Biblioth. Hebr. Part. I. n. 495. p. 299. atqve S. R. LOESCHE- RUS de Caus. Ling. Ebr. I. I. 12. p. 167. Is autem doctissimus He- braicorum Grammaticus, idemqve interpres Kimchius ( uti NIC. FUL- LERO in Miscell. Sacr. V. 8. f. m. 262. Tomo VII. Critic. Sacrorum audit

audit) apud PAGNINUM in suo Thesauro Ling. Sanctæ, edit. 1614. fol. m. 611. voce סְנִיר, Exod. 35. 22. postquam per fibulam fuerat redditum: *Est enim inquit ornamenti genus, quod vulgo נֶגֶן, spinellam vocant, i. e. Fibulam vel uncinum, aut alutha acum.* Et est instar acus qua perforant & necunt duas oras vestis sub gunture. Ita Kimchium expressit Santes Pagninus, qui Luthero in explicat ad Gen. 4. Tomo. IX. Altenburg fol 142. hoc laudis testimonio dignus videbatur. Ein gelehrter Grammaticus, und wie er mich ansiehet, auch fleißig, quod in Tract. cit. סְנִיר ita protulit. Die zween Männer, Sanctes und Munster, haben studio incredibili & diligentia inimitabili die Biblia verdolmetschet, viel guts damit gethan. Aber die Rabbinen sind ihrer etwa zu mächtig, daß Sie auch der analogie des Glaubens gefeilet, der Rabbinen Glossen zu viel nachgehenget haben. Nihilo tamen secius ne quidem Kimchium asscutus Mercero videtur Pagninus, cui recognoscens hæc Mercerus, statim addidit: *Hoc in Kimchio non invenio, sed vernacule, ago de somnilo. Est cognatum cum סְנִיר spinæ nomine. Unde & pro hamo qui ex spina fit. & pro compedibus in morem spinæ factis sumitur. סְנִיר itidem* (En Forsteri verba modo adducta) *vel spinam e terra natam, vel artificialem significat ex ferro, quo quis captivus detinetur.* Postea subjungit Pagninus: *Et sic appellatur hamus, quo pisces capiuntur, eo, quod perforat eorum maxillas,* inquit R. David. Jes. 37. *Et ponam hamum meum in naso tuo.* Hieronymus, circulum. Idem 2. Reg. 19. & Ezech. 29. NICOLAUS autem FÜLLERUS Miscellan. Sacr. V. 13. f. m. 269. Tomo VII. Critic. Sacr. mendosam Kimchii priorem lectionem ad Exod. 25. ita emendandam putavit, ut Ago de pomilo, i. e. acum pomellatam five capitam reponat, quo distingvatur ab acu farcinatrice atque ornatrice. Hebrei enim, FULLERI sunt verba, satis apte & ad naturæ antiquissimum usum & necessitatem per quam accommodate eadem voce סְנִיר spinam & aciculam designare consueverunt. Priscis enim & rudibus illis seculis, nondum reperto acicula & fibula conficiende artificio, facile utriusque vicem supplevit Spina, instrumentum a natura fabricatum & nusquam non obviuim atque expositum. Hinc illud VIRGILLI Æneid III. 594, conserto tegmine spinis & TACITI, de Mor. Germ. c. 17. 1.  
Teg.

Tegmen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina consertum explicare satagit idem Fullerus. Nu lam itaque ullius annuli vides mentionem factam, ne dum quod naribus, præsertim bubalinis sit injiciendus fuerit imperatum. Pedem jam promovebimus ad ejusdem gentis פרושים five Interpretationes S. Scripturæ, agmenque etiam ducat Coryphaeus KIMCHIUS, qui quidem, quia potest intelligi, locum 2. Reg. 19. 28 his illustravit verbis: חורי הוי הבROL כטן מחת וראשו כפוף נוקב אף הרג ולחיו ומעלן אותו מן הימים וכן ובחוות הקיב רחיו ונתתי חווית: i. e. ח ח est ferrum referens figuram acus, cuius caput reflexum est, perforans caput piscis aut maxillas ejus, cum extrahunt eum ex aquis, quemadmodum liquet obviumque est Job. 40. 26 & Ezech. 38. 46. R. LEVI ben GERSOM, Kimchiano lateri in Biblicalis Buxtorf. appositus, eadem fere exhibet, h. m. ויה רברול i. e. Ferrum est quo capiunt pisces. Hamura indigitari facile intelligunt omnes, qui spinam refert artificialem ex ferro factam, unciniqve figura præditam, quale instrumenti genus Leviathanii apud Jobum & Crocodilo apud Ezech. 1 c. & alibi diserte applicatur. In nostro enim hemistichio Sennacheribus cum ceto superbiente viriumque suarum robori confuso, sicuti & Ezech. 29. Pharao balæna similis habetur Sed vero R. SALOMON ISAACIDES qui vult intelligi ad Es 37. 29. hanc attulit explicationem, גה nempe esse: כטן טבעת הוי ותווכחין אותו בשפה בהמה שעסקוה ריש למשכחה כי i e formam refert NB. annuli, quem infigunt labio jumenti, cuius opera mala (sunt futura, seu quando fure re videtur) En habes annulum, sed non trajiciendum naribus, sed applicandum vel infigidendum ne labiis quidem, sed alteri labiorum modo. Ipsa autem גה in altero hemistichio occurrentis consideratio palam faciet, 1.) R. Salomoni de solo camelō, nec de ulla alia fera sermonem esse, 2) Lingvam præcurrisse mentem Doctoris, quia in explicatione vocis גה ea præcepit, quæ verius ad alteram גה transferenda fuissent, 3) Ex nimio Talmudis studio, cui penitus immersus fuit, præter omnem rem atque opinionem, sui camelī

meli fecisse mentione m, qvia nempe id se reperisse, in sinu latabatur, non qvod pueri in faba. His rebus factum fuisse existimo, ut ab recutitis suis fratribus omnibus una cum annulato suo camelio fuerit relictus solus. Hujus רֶשֶׁת comes alias solet esse assiduus R. ABR. BEN ESRA, הַחֲכָם, qui idemtide nec vult nec potest intelligi; sed h. i. perscrutantium fallit aviditatem, qvia ad Esaiæ locum adjectum habet: אֵין לוֹ פְּרוֹשׁ docens, nullam ab Eodom in hoc caput conscriptam fuisse interpretationem. Novissimus Bibliorum ex Judais Explanator, R. SALOMON BEN MELECH fuit, gratus acceptusqve omnibus, Hebraica non nescientibus. Tantum vero abest ut in sua *Perfectionis pulchritudine*, סְכָלָל vulgo dicta autoritatem Jarchii seqvi maluisset, ut illius ne verbulo quidem meminerit, qvin Kimchii potius verba suprajam a nobis producta transcriferit ad 2. Reg. 19. 28. Ad alterum vero locum Ef. 37. haec commentatus est: נִקְרֵא כֵן הַכְּלֵי שָׁמְלִים כֵּן הַרְגִּים לְפִי שְׁנוֹקָב לְחַיִּים הַרְגִּים וּכֵן נִקְרֵא חַח הַקּוֹץ הַנִּיקְבָּה חֹוח עַלְה בֵּיר שְׁכוֹר instrumentum, quo pisces attrahunt, qvia perforat genas istius piscis. Vocatur etiam ita spina perforans, sicuti Prov. 26. 29 occurrit. Satis ergo superqve intelligimus, Rabbinos communis qvodom consensu Jonathanis Targum secutos, vocem חַח per hamum reddidisse piscatorum, qvem significatum nec ante eosdem a 70. illis, ad priorem locum 2 Reg. 19. neglectum fuisse, ipsa γὰρ ἀγαπηταὶ illorum clare loqvuntur, per qvæ, hamos piscatorios indigitari, ex Job. 40. 20. Jes. 19. 8. & Matth. 17. 27. aliisque locis, oppido liquet. Qvanquam etiam non negavero, HESYCHIUM, non ad illustrandos LXX. Interpretes tantum, Novique Foederis libros utilissimum esse, sed & omni generi Græcorum autorum, Poetarum potissimum perdiscendo, mirifice facere, ex judicio Summi in hac teat. Aristarchi, b. FABRICII, in æterno, suæ Biblio. Græcæ, Opere Lib. IV. Cap. 35. p. 546; heic tamen palam γὰρ αἰνιστῶν propriam significationem aut præteriisse aut mutasse videtur, interpretatus illa per: Θηραπήριον, i. e. venatorium instrumentum. Ipsius tamen Hesychii verba producere juvat, qvia nobis Vulgati camum

camum deinceps illustrabunt. Hæc autem sunt ista: Ἀγκιστρον  
 θηληγον εκ σιδηρου καμπλον, ἀγκιστρον, τρεβλον. i. e. ankistrum est  
 venatorium (instrumentum seu armorum genus) ex ferro infle-  
 xum, aduncum: tortuosum, sive detortum. Mox etiam ἀγκι-  
 στρον explicat per: ἐπικαμπτες, σκολιόν, τρεβλον incurvum, intor-  
 tum, asperum. Magis proinde proprietati significationis γὰρ ἀγ-  
 κιστρον adhæsit JULIUS POLLUX, in suo Onomastico Lib. I. p.  
 m. 20. edit. Aldinæ Anni 1502. Referens enim ἀλιευματα εργα-  
 λεια, pescatoria instrumenta, eadem hoc ordine recenset: καλα-  
 μι, ράβδοι, λίνον, γρίχες ἵππειον, ἄγκιστρα, δόντα (for-  
 san δίκτα) αἰμφίβλητρα. i. e. arundines, bacilli, filum, crines  
 eqvorum, hami, retia circumquaque complectentia &c. Annu-  
 lum itaque nondum vides ullum, nedum naribus immittendum  
 bubalinis, licet iidem Translatores in eadem causa γὰρ ἀγκιστρων  
 loco non solum φιμὸν substituerint, sed illum quoque naribus  
 non apponendum sed εὐβάλλειν εἰς τὸν φίμα apud Jesaiam jus-  
 serint. Perquam profecto inepte, quia φιμὸς nunquam ori, ne-  
 dum naribus indebatur, sed ad solum caput pertinebat, unde &  
 Latinis capistrum audit, quod recte quidem in nonnullis Lexi-  
 cis eine Halster redditur; imperite autem in aliis: ein Maulborb.  
 Capistrum enim a capite jumentorum dictum, recte adfirmat JESI-  
 DORUS, Origg 20. ult. p. m. 1326. Hinc HESYCHIUS quoque  
 καπίστρον reddidit per φορβέα ὅντα. Hæc φορβέα autem explicat  
 per ἀλκυστρον, περισόμιον. καπιστρον, manifesto indicio, hæc esse  
 synonyma, qvorum alterum clarius & dilucidius, explicare de-  
 beat ignotius alterum. Jmo vero dum περισόμενον dixit capistrum,  
 illud aperte a τέμπον, freno, oreo &c. discernit, quia hæc ori qui-  
 dem, haud vero naribus inferebantur, minimeqve omnium ut  
 capistrum atque φιμὸς capiti apponebantur, de qvibus singu-  
 lis pro suæ doctrinæ ubertate accurratissime copiofissimeqve ex-  
 ponentem vide SCHEFFERUM, de Re Vehiculari Lib. I. cap. 13.  
 p. 161. 173. 181. quia ipsius quoqve Xenophontis diligentiam  
 in hoc argumento vicit. Taceo quod eqvorum hæc sint arma,

B 2.

non

non bubalorum, nisi quod capistrum, qvia ex loro vel fune est, locum nonnunquam in his etiam forte aliquando invenerit Admodum proinde scienter, Graecarum literarum Phœnix, doctissimusqve variorum Græcorum Autorum, ipsiusqve Xenophonis περὶ ἵππων. Interpres, b. JOACH CAMERARIUS imus, de cuius summis promeritisqve laudibus præter Doctorum virorum elogia, affatim congeta a CRENIO Tomo III. Methodorum, statim sub initium, vide etiam JAC. THOMASII, præfat. 72. dam, & præcipue FABRICIUM in Biblioth. Græc Lib. XIII. p. 493. in subjuncta nota, qvi etiam utilissimo consilio pleniores Scriptorum Camerarii Elenchum, nunquam satis laudanda industria a, pag. 506. usque ad p. 532. subtexuit: Scienter admodum inquam, is græce doctissimus CAMERARIUS in sua Notat. Figurar. ad I. Tim. 5. 18. verba ὡμωτεις βέν αλοῶντα scripsit. Minus proprie de bove dicitur frenari os illius. significat autem vocabulum obtrurationem & vinculum. Prohibetur igitur capistro impediri jumentum trituras, quo minus pasci possit. De hoc dicto differuit Apostolus I. Cor. 9. In narratione Evangelica jubetur os frenare, i.e. silere Diabolus. Freno coercetor i. e. compescere aut comprime os. Hæc immortalis gloriæ Camerarius. Qvod vero multa perspicacia ita differuerit Camerarius, Latinorum etiam COLUMELLA probabit, qui Lib. VI. 192. de Re Rust. de curandis bobus atque jumentis præcipiens, palam dicit jumenta ad jugum aliquod esse capistranda, de bubus autem distinetæ hæc illico subjunxit: sed boum corna religanda esse. Solebant etiam capistris interdum addi fiscellæ, quæ craticulatum ex funiculis viminibusque plexi erant, sacculi corbesve, unde etiam synecdochice aliquando φυσικοὶ appellantur, quibus fiscellis servos frequentissime fuisse coereitos, præterim in pistrinis, ne possent edere, farinamque subducere, laudatissimus observat Schefferus lib. cit. p. 181. quod pluribus etiam erudite illustravit Clar. Dn. M. GOETZIUS de Pistrinis Veterum cap. 4. §. 44. p. 244. Invenimus evidem, (cur enim hoc reticeremus?), apud Virgilium Georg. III. 399. ferrata capistra, non quod ex ferro erant conflatæ, Sed qvia ferratis auleis erant confixa & hædorum naribus ac genis circumligata, prout etiam JAC. PONTANUS h. l. Virgilii, uti plerumque solet,

let, scite interpretatur, quales spinæ & aculei coriaceis capistris,  
quia ex loris fuerant plexa, facile insigi potuerunt. Satis vero de  
φιμω five capistro.

Transendum erit ad VULGATAE *circulum* naribus immitendum, quia *camum* aptare avet labiis, pro quo tamen in Esaiae loco substituit *frenum*. Dilucide autem inde videbimus, hæc tria vocabula, *circulus*, *camus*, *frenum*, aut Vulgato Interpreti fuisse ignota aut perobscura quia æqvipollentia ipsi certo fuerunt. Pro *camo* sane apud Esaiam *frenum* repoluit & quia *camus* semicirculi figuram refert, parum abest quin affirmem, hunc *camum* vulgatae fuisse *circulum*. Majorem profecto cum *camo* habet circulus similitudinem, quam si cum freno, quod non nisi ori mandibulisque applicari potest, comparetur, cum quo tamen nihiloseius *camum*, c' eu æqvipollens, commutavit. Sed ordine nunc singula contemplabimur. Haud vulgare meis conjecturis pondus adjectum fuisse ab Sacri nominis Hieronymo, video, in suis Commentariis ad Esaiam, Tomo V. Opp. f. 145. ita mentem explicante suam: Itaque ponam NB. *circulum* five *camum* in naribus tuis, ut blasphemantia ora constringam. Nequaquam ultra talia loqui audias: *frenumque injiciam labiis tuis*. quid tuum ferociam domet. Et te reducat in Assyrios. Qua translatione Et in psalmis contra impios Scriptura ahutitur: In freno Et camo maxillas eorum constringe, qui non appropinquant tibi. Vide, quam hic vacillet titubetque optimus Hieronimus, idemque Sanctissimus, quia inter coelites diuosque præ veteris fuit relatus. Quanto enim magis nostras commendat adiuvatque suspicenes, modo allatas, tanto magis recepit ab omni veritatis specie. Quem proinde sub initium cum circulo naribus destinaverat *camum*, eundem mox in fine cum freno maxillis etiam applicat. Sic certe τῶν LXX. egregie credita divinitas & Hieronymum & Vulgatum seducere valuerunt a veriori tramite. Quemadmodum vero non inficiabimur, ex circulo fieri posse annulum, hincque per illum indigitari posse; ita quoque, quod naribus eqvorum, nedum genuini bubali unquam fuerit insertus, ingenue pernegabo. Largior interea ul-

tre

tro, qvod capistro, imo ipsi freno etiam, & hodie qvoqve, vel subter aures, vel juxta oreas, genasve, appendi soleant annuli, tum ornatus gratia, tum ut in angustis præruptisqve viis per editum sonum procul appropinquantes aurigas admoneant, ut opportuno decessu aut transitu sibi consulant. Alii qvoqve circulorum loco adhibebant globulos & id genus, qvibus eqvus, (de bubalis enim hic altum est silentium) luderet. Aliqvando etiam ab annulis dependebant lamellulæ, præsertim in oreis, insertæ freno ab utraqve oris parte, ad qvam religantur habenæ, qvæ singula distinctius dataqve opera uberius explicat Schefferus l. c. p. 162 & p. 171. Solebant, inquiens, ferarum malis perforatis inserere annulos ferreos, ut per immisso in illos annulos, funes ducerent, & hoc illucque flecterent, fibique obsequentiore ficerent. Qvod nos ipsos in ursis aliquoties vidisse meminimus. En rursus habes annulos! Utrum vero naribus an mandibulis sint immittendi, ipse judicabis. Apposite & ergo provide b. Megalander vertit, dum annulum naribus non inserit, sed capistro nasum & utrasqve mandibulas ambeunti, apponit, reddens: einen Ring, AN D. N. Tandem veniamus ad camum ob synonymiæ fere, qvam supra indicavimus rationem, palam licet ad posterius pertineat tmemation. Hunc vero cum Vulgata freni secerit synomon, atqve utrumqve labiis applicaverit, non unius generis fuisse, bene cum SCHEFFERO, l. c. p. 166 observabimus. Camus enim fiscellam denotans, utiqve tanqvam pars aliquva ad frenum capistrumqve adjeci referriqve potest. Si ferreus erat camus, aut fiscella ferrea, eqvorum ori induebatur, præsertim si mordaces essent. Viminea autem erat, sive e funiculis reticulatim plexa, si qvando boum occludebat ora, ne inter arandum herbas & pabulum possent invadere. Hinc etiam Hesychius, κῆρος, inquit, οὐδεὶς θέμενος τῶις ἵπποις, εἰς ἐν καὶ κρίθαι βαλλονται, καὶ εἴδος χαλεψ. Hic camus pistro additus freni vices supplet, licet ipse eqvus relinqvatur infrenis, qvia illi nihil est, in qvo frendat dentibusqve crepet, ut recte etiam εἴδος χαλεψ vocetur. Hinc recte ISIDORIUS camum ita exponit. Camus genus asperi freni est, quo caballi coerceri solent, dictus a curvitate. ξαφὸν enim Græci curvum dicunt. Duo notabis, qvod

quod nempe camus & asper & præterea curvus fit, qvalis hodie-  
que egorum ori nasoqve exterius solet imponi & vernacule ein  
Rapzaum, vulgariter Rapzuhn, vocari, qvi, qvia uncos habet, fo-  
diendo eqvi naso paratos ap tosqve, hinc circuli vel mediæ poti-  
us lunæ ( inferiores enim maxillas non claudit) orbem refert, fer-  
ræ instar interius dentatum & acuminatum, qvale qvid supra de  
spina artificiali ex Mercero Fulleroqve audivimus. Venatoribus  
præfertim hoc cami genus capistro additum & familiare & per-  
qvam est commodum, ut ipsis etiam frenis lupatisqve præferant.  
Dum enim vel aucupio vel ferarum insidiis capturæqve operam  
dant, locum eqvas servare edoctus, pascere interea potest, aut si  
humus gelu riguerit, pabulo vesci potest, fiscellæ labiis circum-  
ligatae, indito. Eqvo autem vecti, hujus cami beneficio infrenes  
eqvos propter ferratas spinas, acus, dentesqve æqve facile Flc-  
etere, continere atqve compescere possunt, qvamsi lupata etiam  
illorum ori injecissent frena. De his vero in altero hemistichio  
überior differendi locus erit, ubi etiam de freno ejusqve parti-  
bus, variisqve generibus erit dicendum. Meam proinde cau-  
sam perorabit omnem doctissimus SCHEFFERUS, Minime in  
eorum, inqviens, sum sententia, qvi exponunt ( postomidem scil. eine  
Brembsæ, ) circulum ferreum, dentatum, naribus egorum ferocienti-  
um imponi solitum, quem in præcedentibus ostendimus vocari camum.  
Circulum enim sive camum NB. nemo unquam fecit pendentem de na-  
ribus, sicuti manifeste de postomide Lucilius testatur. Nisi autem me  
omnia fallunt, postomidem non appendent naribus, sed extre-  
mitati superioris labii adjiciunt, quod infra nares est. Diversa  
itaqve per se sunt, de naribus pendere ( quod non nisi per sy-  
necdochen de labio superiori ejusque extremitati dixeris) naso ap-  
pensum esse ( quod per eundem tropum, nares labiumqve include-  
ret ) atqve per nares transmissum trajectumqve esse, ( quod nec de  
naso, naribus superiori, nec de labio inferiori unquam dici potest )

Viam sic nobis parassemus, ut inoffenso pede progredere-  
mur ad τας perscrutationem, indivulso nexu cum nostro ha-  
mo connexi, quodqve nos ab piscatoribus deduceret ad agafo-  
nes. Potior autem hac vice & pietatis & officii nostri habenda est  
ratio,

ratio, DEOqve T.O.M. Regnantium Regi humillimæ persolven-  
dæ sunt gratiæ, cum, qvod hanc nobis reddiderit meditandi ser-  
bendiqve opportunitatem, diu anxieqve exoptatam, tum qvod  
superstites nos clementissime conservaverit, qvi communem  
Patriæ nostræ lætitiam, ex feliciori auspicio redeuntis gloriofis-  
simi Natalis Serenissimi nostri Duci, CAROLI LEOPOLDI, Duci  
Regnantis Meclenburgii, Principis Vetustæ Gentis Henetæ, Sverini &  
Racelburgi, Comitis item Sverinenjæ, Terrarum Rostochii atque Stargar-  
dia Dynastæ, Domini & Nutritoris nostri longe clementissimi, ad omnes  
etiam bonos redundantem, concelebrare possemus. Huic autem  
religioni qvanta satisfacere studuerim integritate, Serenissimorum  
Ducum Meclenburgiorum præcelsissimæ aliquando testabuntur  
tesseræ gentilitiæ. Publicam interea dictis operæqve meæ præ-  
stítæ fidem profitebuntur

*Praclari & ad optimæ quævi nati factæ Juvenes, qvia.*

I. CHRISTOPH. DAVID. MICHAELSEN, Wahrino Meclenb.  
Oratione Germanica, metro adstricta, de

*Sereniss. Ducum Meclenb. Seuto, in genere*

II. GEORG. VOLLRATH SIEVERT. Türcoviens.  
Orat. Latina prosaica, de

*Grypho Meclenburgico,*

III. CHRISTIAN GOTTLIEB WARNEMUNDE, Gustroviens.  
carmine germanico canet

*Brachium cum annulo pronubo cœlitus protensus. Qvam itaqve  
VOS, PRÆSIDES & SACERDOTES U RIUSQVE JU STIIÆ,  
& doctrinæ copia excellenti, & meritorum gloria immortali & lit-  
rarum amore eximio, meis qualibusqve elogiis longe superio-  
res, jam olim nostro bene merendi non studio, sed officio, præstilis  
humani tem, ut bene VOB Scoram dicturis benignas dederitis aures; eun-  
dem nobis quoqve vel Gymnasio Dacali potius largiamini favorem, atqve  
crastina luce V. D! freqventes assiduqve confluatis, animumqve dicendi O-  
ptimis Javenibus accendatis est qvod omni voto expeto, omniqve obseqvio  
ambio. Sicutimqve preces pro salute Serenissimi Principis nostri, CAROLI  
LEOPOLDI, Duci regnantis Meclenburgici, &c, conjungere nostramqve pieta-  
tem, palam profiteri, alijsqve, qvi patendi ferviunt gloriæ facem præserre,  
fas erit ut omnes ore læti exclamare valeamus; Vivant Delicia gentis*

*Meclenburgicæ, nempe CAROLUS LEOPOLDUS!*

d. 25. Nov. 1745.

+++ ) : ( o ) : ( +++









De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis studiis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, instituiret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie eni der Universität nach Helmstädt mit Nutz verschick. Cum deinde turbulentum Brunsvicum, mox vero Gv cum adiisset, in secessu vicino Hessen ab Avia sua te receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates auto semenses, dictaque Monasteria latius enarrabunt Autor Baringium reperiundi.

### §. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d. præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M. Bericht nach, sollen die Salz-Röten jährlich 2 Tonnen tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g. Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet. vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. SIGIUS, pleniorum sine dubio dabunt notitiam in *Bt xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore liberorum Parentis facti, cuius πολυτελίας alia pluram peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17 *CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2* Jac. THOMASII, *Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n. omittam STEPNERUM in *Inscript. Lipsiensibus:* A

